

159 2

D. J

I N

HENRICI III.
 GALLIARVM, ET
 SARMATIAE REGIS
 POTENTISSIMI

Ad urbem Venetam Aduentum.

OCTAVIANVS MENINVS.



Venetijs, ex Typographia Guerraea.

M D LXXIII.



IN HENRICI III.

GALLIARVM ET SARMATIAE

REGIS POTENTISSIMI

Ad urbem Venetam aduentum.

OCTAVIANVS MENINVS.



*C*AERVLEOS nunc pande si-
nus gratissima Regum,
Diuūmq; sedes Adria;
ET gremio ingenti iuuenem felicia
cinctum
Gemmis, & auro tempora,
Heroasq; novos placido simul excipe vultu,
Fauslum ferentes huc pedem.
Tum Vos ò vitreis centum Nereides antris,
Quoscunque & vnda habet Deos,
Pellentes leuibus spumantia marmora palmis
Ad haec volate littora.

A 2 Cernere

Cernere erit caput Imperijs fatale regendis,
Quod tangit astra vertice,
Cernere erit cultusq; nouos, fulgentiaq; arma,
Pompasq; non visas prius.
Viq; virum densi compleverint omnia cætus,
Tectis & effusi patres,
Et iuuenes pariter, matresq;, nurusq; Latine
Huc undecunque fluxerint.
Salve magne Heros, salve: Tu ne inclitus ille es,
Cui paret ora Sarmatis?
Quam gelidus Tanais magno discriminat amne,
Et pulchra findit Istula.
Felices populi, felix Erymanthidos Urse
Subiecta tellus Syderi
Illic & Boreas didicit mitescere, & auras
Afflare molles floribus:
Illic & facies cæli iam clarior, illic
Soles micabant purius.
At te magnanimum mundi brevis angulus ille,
Vix orbis & totus capit.
Altera regna tibi debentur, & altera sceptrum
Istam reposcunt dexteram.
Iam tibi fessa manus trans altas porrigit Alpes
Supplex recumbens Gallia.
Ab te ne Scythia capiat iam dira cupido,
Ut immemor sis patriæ.
Quam tu illam, que regna tuo iam surgere cernes
Præfente præfens numine?

Vultus

Vultus ubi patrijs tuus iste affulserit oris,
Ut dulce Ver fugans niues,
Protinus auertet trepidum Discordia gressum,
Et Pax redibit aurea,
Quæq; suis squallent viduatae ciuibus Urbes
Cultu nitescant iam nouo.
Tum centum è Pario surgentia marmore templa
Pijs calebunt ignibus.
Materiem bellis tantum, clarisq; triumphis
Eoa præbebit domus,
Et Nilus Septemgeminus, vel Medus Hidaspes,
Extrema & ora Persidis.
Istælix, decus Europe, Lux unica mundi,
Qui flexit in te lumina.
Iam Ligeris, Rhodanusq; celer, magnusq; Garumna
Non inuidebunt Tibridi.





AD CATHERINAM

VALESIAM POTENTISSIMORVM

Galliæ & Sarmatiæ Regum matrem
felicissimam.

OCTAVIANVS MENINVS.

Scripta fuit hæc Ode viuente adhuc CAROLO,
Et HENRICO tunc primum Regnum adepto.



*M*ÆCVNDA Regum Mater,

honoribus

Tot auclta, tali progenie, Deum

Aequanda vel magnæ parenti,

Altera vel merito vocanda

Matrona Iuno, Te patria, & tuus

Miratur Arnus, te Tiberis potens

Te celsa sedes Vaticani,

Te Latium veneratur ingens,

Matis

Natis beatam, quos simul aspicias
Frangere gentes Imperijs, simul
Gemmis coronatos, & auro
Ceu geminos radiare soles.

Dat iura maior, Gallia qua patet
Immensa, Rheni cornua, & arduam
Inter Pirennen, obstrepentemq;
Oceanum, acrias & Alpes.

At Iuniori Sarmatici vides
Delata regni sceptrum Aquilonibus
Ab usque pulsata sonoris
Hercinia, & Scythico profundo.

Diuisa nostro limite scilicet
Gens, at Latinae praesidium rei,
Cultusq; non expers, & aris
Innumeris venerata Diuos.

Reete merentem praetulit hospitem,
Trophaea, dextramq;, & genus, & domum
Mirata, & auditos sub Arcto
Magnanimi iuuenis triumphos.

Nam cum Gigantum progeniem notam
Modo horruisses, quae superos (nephias)
In bella poscebat, Iouisq;
Eruere Imperium parabat,

Hic & minaces contudit impetus,
Et saeva pugnax proruit agmina,
Ceu fulmen erumpens tremendo
Nubibus oppositis fragore.

Quaerquam